

# The Electronic Manipulus florum

## www.manipulusflorum.com

### Timor ac cum fonte primo

Nulli tam perniciosi, tam  
irreucabiles sicut lymphatici metus  
sunt. Ceteri enim sine ratione, hii sine  
mente sunt.

Nulli itaque tam perniciosi, tam  
inrevocabiles quam lymphatici metus  
sunt; ceteri enim sine ratione, hi sine  
mente sunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 13, 9 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.32, ll.2-4).

Spem ac metum examina, et quo ciens  
incerta erunt omnia, tibi fave.

Ergo  
spem ac metum examina, et quotiens  
incerta erunt omnia, tibi fave:  
crede quod mavis.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 13, 13 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.32, ll.26-27).

Dicit aliquis: fortasse non  
ueniet quod times. Tu dic:  
quid, si ueniet, uidebimus  
utrum uincat; fortasse pro me uenit et  
mors ista uitam honestabit.

Seneca ibidem (XIII. epistola).

Alius dicat ‘fortasse non  
veniet’: tu dic  
‘quid porro, si veniet? Videbimus  
uter vincat; fortasse pro me venit, et  
mors ista vitam honestabit’.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium  
epistulae morales*, 13, 14 (L. Reynolds  
ed., vol.1, p.33, ll.9-11).